

ELEGIA

AD GENERE ET
VIRTUTE NOBILEM IV.

VENEM, IOACHIMVM A BASSEVITZ,
amicum intimum, Viteberga Lipsiam abe-
untem, scripta

A

SAMVELE CASELIO.

Επίγραμμα εἰς φίλιαν.

οὐδὲς ἐν ἀνθρώποισι φίλος θεῶν ἀμείνων,
οὐδέ μοι ἀντὶ φίλου χρυσὸς ἀπεφθῆκε ἔοι.
χρυσὸς ὄλωλε τάχιστα, κακῶς πνεύσαντος αἴτης:
ἐιλικρινῆς δὲ φίλος μοι διὰ πάντα μέλει.
σὺ θεῶν ἐν θνητοῖσι φίλων ἕνα πισὸν ἔχοιμι,
εἰδὸς ἔμῃς τὸ δάκρυ, εἰδὸς ἔμῃς τε χαρᾶς:
χαίροντα, κλαίοντα. φίλον τόρδ' ἀνυβιλοῖμι:
ὦ φίλοι ἐν θνητοῖς ὡς πάντιον φίλος.

Ἰωάννης Κασήλιος.

VVITEBERGÆ

EXCVDEBAT IOHANNES
CRATO.

ANNO D. M. LXII.

ELEGIA

AD GENERE ET

VIRTVTE NOBILISSIMAM

VIRI M. JOACHIMI A BASSERVITZ

AVGVSTISSIMO NITIBERGII EPISCOPI

AVGVSTISSIMO

A

SAMUELIS CASSELLII

AVGVSTISSIMO

AVGVSTISSIMO

AVGVSTISSIMO

AVGVSTISSIMO



ELEGIA.

O Memorande mihi fraterno more sodalis,
O mea lux, animæ pars Ioachime meæ.
Inuida sic iussit fortuna relinquere sedes,
Quas tibi Leucorea Phæbus in vrbe dedit:
Et modò vicinam Philyres petis impiger urbem,
Quâ Camerariades docta Lycea fouet?
Sicne fugis, solum sic me Ioachime relinquis,
Qui modò de multis iunctior vnus eras?
Non secus ac si quis genitorem luget ademtum,
Torpet, & est animi nescius ipse sui:
Sic mihi pallentes luëtus depascitur artus,
Et simul in gemitus spiritus omnis abit.
Tu studiumq; meum frangis, tu gaudia vitæ,
Ac abitu tollis commoda multa tuo.
Non benè celabit mæstos cor triste dolores,
Puraq; de turpi non fluet vnda lacu.
Testor honorati venerabile nomen amici,
Quiq; meos gemitus Dijq; Deaq; vident:
Hunc animum tantos nunquam cepisse dolores,
Si quis amicorum nostra abysset humo.
Nec quoq; cum frater (pietas ignoscat) abiret,
Pectore qui niueo te Ioachime colit:

A ij Ipse

*Ipse licet Latium peteret procul Apenninum,
Limina vicini tu propiora soli.
Fortè tamen linquens etiam Germanidos oras,
Itala seu longè Gallica rura petes.
Hospes & ignotas circum iactaberis vrbes,
Atq; vagum dubio tramite abibis iter.
Sapè feres sicca Boreæ cum flamen ab Arcto,
Sapè feres Zephyri flamina, sapè Noti.
Nunc gelidus veniens quassabit ab æthere turbo,
Nunc grando vultus obruet imbre tuos.
Quid tamen inde boni, studijs quid quæritur istis,
Quod precium in dura sorte laboris erit?
Quid prodest vidisse homines, vidisse tot vrbes,
Quid ue iuuat longas isse redisse vias?
Nónne fuit satius placida requiescere sorte,
Delicijs leuibus, diuitijsq; frui?
Non ita, non latam, præbentem commoda primo
(Qui sapitis) vultu, carpite quæso viam.
Vera per incultas deducit semita fauces
Virtutis, pigro non adeunda viro.
Scilicet hæc vno virtus sudore paratur,
Veraq; per præceptis gloria tendit iter.
Difficiles aditus habet, & satis horrida dumis
Semita præcipiti stat salebroso loco.*

Sed

Sed tamen excelso *Requies* in monte moratur,
Atque capit fessos area lata pedes.
Hic habitat vicina polo, gratissima *Diuis*
Incluta virtutis Gloria Nata pia.
Illa suos placida ponens in sorte clientes,
Innumeris semper scit releuare bonis.
Hæc tamen ignauas non tangunt munera mentes,
Et tegit atra pigrum nox sine honore caput.
Quid veniet quæso tranquilla per ocia laudis?
An poterit sensu desidiore capi?
Haud reor: audenti virtus nam sæpè fauorem
Attulit, & palmæ iussit habere decus.
Impiger extremas tendit mercator ad oras,
Et dubias tumidum per mare quærit opes.
Et tamen has, velis quando freta peruia non sunt,
Vorticibus rapidis aspera tollit hyems.
Aut timidos metuunt fures, aut arma latronum,
Et nihil est cui non causa timoris inest.
Non tamen absistit medijs vel naufragus vndis,
Ardet opes sanguis dum suus ossa fouet.
Omnibus hic amor est, & opum furiosa cupido,
Arbitrio quas sors datq; rapitq; suo.
Cur non vt veniat potior sapientia nobis
Nitimur, & stabiles quærerere mentis opes?

A ij Namq;

Namq; hominis quantò melior mens corpore, debet
Ingenij tantò ditior esse bonis.
Hæc bona sola manent, Virtus, sapientia, vires
Eloquij, nulla disperitura die.
Cedere sola quidem fortunæ nescia Virtus
Viuit, ad extremos permanet illa rogos.
Cuncta domat, cunctosq; mouet sapientia victrix,
Plura potest sæuus quàm superare furor.
Cui si iuncta venit facundæ gratia linguæ,
Nil est quo frangi robora tanta queant.
Diuitias, qui semper inops, sibi quærat auarus,
Qui sapis hæc animi collige lætus opes.
Si quis eas etenim cupidè complectitur, ornant,
Obscuras gaudent nobilitare domos.
Stemmata clara nouo decorant splendore, nec vllum
Dedecus aut stirpi diuitijs'ue ferunt.
Ardua sunt quia dona Dei, quæ spernere si quis
Vellet, cælestem sperneret ille DEVM.
Hæc mihi nunc imis hærent infixæ medullis,
Dum Philyres urbem mox Ioachime petes.
Hæc eadem mecum sentis, verèq; fateris,
Quòd melius terræ non sit in orbe decus.
Nec satis esse putas laudato sanguine nasci,
Claraq; magnorum nomina ferre patrum:

Sed

*Sed magis ingenua proprijs virtute paratis
Laudibus, illustrem condecorare domum.
Iam quoq; difficiles Iuris dissoluere nodos,
Armaq; iam disces imperiosa fori.
Conferet eximij tibi munera Bartolus auri,
Quasq; dabit doctas Baldus habebit opes :
Quas tibi non ignis, non Mauors horridus armis
Auferet, aut rapidi marmora salsa maris.
Et quoniam nostræ iam consuetudinis vsus
Cessat, & hinc alias cogeris ire vias :
Hæc tibi Leucorea tristes cantauimus vrbe,
Hic vbi iam tecum viuere dulce fuit.
Et propè lux aderit, qua te discedere ripis
Albiacis tua mens duraq; fata iubent.
Ergo vale, nec te capiant obliuia nostri,
Et tuus in firmo pectore perstet amor.
Antè meus tenuis sua spiritus ossa relinquet,
Pectore Basuicius quàm cadat ipse meo.
Ergo mihi longos ô frater amande per annos
Salue, parsq; mei pectoris vna vale.*

Anno 1562. 4. Id. Maij.

Sed magis ingenuis propriis virtutibus paratis
Laudibus illorum condicione dominum
Sunt quos dicitur tunc dicitur nos
Nunc in dicitur imperio facti
Confert extingit tibi numeris Barrois armis
Quae dicitur dicitur Baldui habebit opes
Quae tibi non ignis non minus horridus armis
Auriferi aut tibi dicitur dicitur dicitur
Et quoniam nostrae tibi consuetudinis dicitur
Cessat tunc dicitur dicitur dicitur
Haec tibi dicitur tibi dicitur dicitur
Haec tibi dicitur tibi dicitur dicitur
Et prope dicitur tibi dicitur dicitur
Abdicis tunc dicitur dicitur dicitur
Ergo dicitur tibi dicitur dicitur
Et tunc in dicitur dicitur dicitur
Cuius dicitur tibi dicitur dicitur
Ergo dicitur tibi dicitur dicitur
Sicut dicitur tibi dicitur dicitur

Anno 1562. A. J. J. J.



Umg. VI 67

[Dissertationes

miscell. Vol. 21.]

ULB Halle


3


002 402 475



A-20







9

2)

ELEGIA
AD GENERE ET
VIRTUTE NOBILEM IV.
VENEM, IOACHIMVM A BASSEVITZ,
amicum intimum, Viteberga Lipsiam abe-
untem, scripta

A
SAMVELE CASELIO.

Επίγραμμα εις φίλιαν.
ὄντις ἐν ἀνδρώποισι φίλας θησαυρὸς ἀμείνων,
οὐδέ μοι ἀντὶ φίλας χρυσὸς ἀπεφθῆ ἔοι.
χρυσὸς ὄλωλε τάχις, κακῶ πνεύσαντος αἵτης:
εἰλικρινῆς δὲ εἴλω μοι διὰ πάντα μύθε.
σὺ θεῶ ἐν θνητοῖσι εἴλωρ ἕνα πισὸν ἔχοιμι,
εἰδὸτ' ἐμῆς τ' ὀδῶκος, εἰδὸτ' ἐμῆς τε χαρᾶς:
χαίροντα, κλαίοντα. εἴλωρ τόρδ' ἀνύειλοῖμι:
ὦ εἴλοι ἐν θνητοῖς ὡς πᾶνιορ εἴλικ;

Ἰωάννης Κασήλιος.

VVITEBERGÆ
EXCVDEBAT IOHANNES
CRATO.
ANNO D. M. LXII.

